ſc.a meretricibus:non adoleſcentibus:& item pluraliter ſuo more.ut audaciam meretricum ſpecta : & non Neceſſis
perpeti meretricum contumelias.Nam iamdiu aliquam camſam quærebat ſenex.nota cauſam pro occaſio- Neceſſitas
ne.¶Quamobrem aliquid inſigne faceret:hoc manifeſtius menander explicat iampridem in feſtum meretri Neceſſum
ci ſenem poſt corruptũ ab ea phædriam:nunc demum ſe inuenta occaſione uindicaturum.¶Quamobrem
quãuis dixiſſet cauſam intulit:quãobrem inſigne aliquid magnum & nobile facinus dicturus dixit.¶Nunc
r. prouerbium in eos qui ipſi ſe produnt:quia ſenex non facile caperetur:niſi emitteret uocem noctu.
GVIDO Par.o hære:ideſt domine.ne ſpectes:ideſt aſpicias me fixis oculis ut facis idignabũdus. ipe Chæ-
rea non facit hoc:ideſt nõ amat me.impulſore:ideſt quia impellam eum ad id faciendum aut inducam. Lac.
omitte:ideſt ceſſa dicere.ideſt loqui de te & te excuſare.o furcifer:ideſt digne qui furcã feras circum uicinos Furci fer
ignominiæ cauſa illi alligatus.ego te puniam ſupple & eſt apoſiopeſis ſi uiuo:ſed primum expedi:ideſt expli
ca iſtud.quicquid eſt:ideſt explica iſtud quicquid ſit par .is Chærea deductus eſt ad Thaidem pro illo eunu
cho qui fuerat emptus.Lac.pro eunucho:ideſt utrum pro ennucho deductus eſt:par.ſic eſt poſtea compræ-
hendere.i.ceperunt hunc chæream.intus:ideſt in domo Thaidis & conſtrinxerunt pro mœcho: ideſt tanq̄
eẽt mœchus ſeu adulter.Lac.occidi:ideſt perii.par.ſpecta.ideſt cõſidera uide audacia meretricũ. La. nunquid
utrum aliquid aliud mali uel damni eſt reliquum:ideſt reſtat:ſupereſt ſuperat quod non dixeris.Mali autem Malum &
dixit referendo ad compræhenſum & conſtrictum chæream.Damni uero dixit referendo ad emptionẽ eu- Damnũ
nuchi quæ facta eſt uiginti minis.Par.tñ:ideſt illud dumtaxat ẽ quod dixi.Lac.ceſſo:quaſi dicat cur tardo uel
cunctor.irrumpere:ideſt uiolenter ingredi huc.oſtendebat locũ itro:ideſt intro domum Thaidis. Par. non
eſt dubium quin magnum malum:ideſt ſupplicium ſit mihi ex hac re:ideſt propter hanc deductionem &
compræhenſionem uel manifeſtationem facti niſi quia fuit neceſſe:ideſt oportuit facere hoc:ideſt manifeſta
re rem patri ut ſuccurreretur Chæreæ compræhenſio.Eſt autem neceſſe nomen nam neceſſus neceſſis neceſ- Neceſſe
ſitas & neceſſum lectum eſt.gaudeo id:ideſt propter illud quod ſequitur:ſcilicet aliqd mali eẽ eueturum.hi- Neceſſus
ſce:ſcilicet meretricibus:propter me:ideſt per me ſeu me incitante.nam ſenex:ſcilicet Laches quærebat iãdiu: Neceſſis
ideſt a longo tempore aliquam cauſam:ideſt occaſionem.Quãobrem:ideſt propter quã faceret aliqd inſigne Neceſſitas
ideſt aliquod magnũ & nobile facinus.is ſcilicet ſenex.nunc repperit cauſam:ſcilicet & eius facinoris faciẽdi. Neceſſum



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

DO. Vnq̄.æ.q.i.Pythias egreditur ueluti irriſura parmenonem:ut ipſa putat:egredi autem a poeta cogitur ut doceat populum quid intus egerit ſenex:ergo perſona cachinans inducitur quarés parmenoné aſpectuq; eius ob nimiũ riſũ uix loqui poſſe.☾Nunq̄.æ.q.rarũ eſt euenire quid uelis & quod maxime uelis:id rarum magis.☾Intro ad.n.u.e.non greſſu errans:nec uia:ſed aio & opinione.☾Mihi.ſ.r.f. ſingulariter dicitur ſoli:non rectæ ſolæ:ſed antiq;.ut alibi.Hoc ipſa in itinere alteræ dũ narrat forte audiui.☾Quid hoc.a.é.ridenté miratur parmeno.Nunc id pro.propter id.☾Quid rides. pergin.ex huius uerbis oſtendit q̄ multum rideat petulás puella.☾Perii.proprie hoc uerbum eſt aptum quaſi ſit laſſa ridendo. ☾Nũq̄.p.h.ſt.u.rogitas q̄ſi narratura uidebaᵗ & rediit ad inſultationẽ. ☾Quos ludos. p. ex errore & metu nimio ſenis credentis cõſtrictũ filiũ ſe offenſurũ in domo meretricis. ☾Ac ét p.c.ac.d.c.hæc omnia ſic i ſcæna pronũciáda ſunt:ut riſu interrumpi uerba puellæ uideanᵗ: maioriſq; inſultationis eſſe:ſi is quẽ fatigata riſu eſt iterum dicat ſe ante de illo multũ riſiſſe qui ilico crediderit:nõ aũt hoc ideo dicit: q; perſonæ ſuæ fidem deroget ſed q; res incredibilis fuerit:q̄ illi perſuaſerit.aut certe ſi credendum fuerit:nõ aũt ſtatim:neq; examinata:neq; facta rei cognitione.☾Ilico ne cre. obiurgatio de tempore.☾An non . p.ſt.illud quod ſupra a ſtulto:hoc quod nunc dicit a malo fieri potuit illud ab iprudente:hoc qd' peius é a ſciéte. ☾An nõ pœni.ſlag.parum uidebatur:ipſe alibi.Quantum hic opere.ſ.p.Plautus in truculento.Pœnitet ne te q; ancillam ſolam.nimis erumpere

Solæ pro ſoli

Perii

Plautus




Pythias, Parmeno.

Vnq̄ ædepol quicq̄ iádiu: quod magis uellem
Euenire mihi:euenit.q̄ quod mõ ſenex intro.
Ad nos uenit errans:mihi ſolæ ridiculo fuit: quæ qd
Timeret ſciebã.Par.qd hoc aũt é?Py.nũc id prodeo
Vt cõueniã pmenoné ſed ubi obſecro is é?Par. men
Quærit hæc?Py.atq; eccũ uideo adibo.Par. quid
Eſt inepta?qd tibi uis?qd rides?pgin.Py.ah ah ah.pii:
Defeſſa iã miſera ſũ te ridendo.pa.qd ita?Py. rogitas
Nũq̄ ædepol hoiem ſtultiorem uidi te;neq; uidebo.
Ah non ſatis põt narrari quos ludos præbueris intus.
At etiã primo callidũ;ac diſertum credidi hominem.
Par.quid eſt.py.quid?ilico ne credere ea quæ dixi
Oportuit te.an nõ pœnitebat te auctore flagitii

GVI. Vnq̄ &c.Hic pythias egreditur ueluti irriſura parmenonẽ ut ipſa putat. egredi aũt a poeta cogitur ut doceat populum quid intus egerit ſenex. ergo perſona cachinans.i.imoderate ridens induciᵗ q̄rés parmenonẽ aſpectuq; eius ob nimium riſum uix loqui potens.py.ædepol nunq̄ quicq̄ euenit mihi iádiu ex longo tpe quod magis uellem euenire.dixit aũt iamdiu & nũq̄.q.d.in lõgo tpis ſpacio nulla temporis parte mihi euenit quod magis euenire uellem q̄ hic.ſ.q; modo ideſt pauloante ſenex.ſ.Laches uenit.intro.i. in domũ ad nos errans:ideſt allucinatus non quidẽ errás greſſu aut uia ſed animo potius & opinione.is ſenex fuit mihi ridiculo:ideſt ioco mihi ſolæ pro ſoli. nam antiqui dicebãt in genitiuo ſoli ſolæ li.& in datiuo ſolæ lo:more cæterorum adiectiuorũ.ridiculum dicitur ſermo potius riſum mouens q̄ deriſum.quæ.ſ.ego pythias ſciebam quid timeret.Par.parmeno minatur ridenté pythiam inquiens.autem.i.ſed quid hoc eſt q; hæc tantopere ridet.Py.nunc prodeo:ideſt exeo in medium id:ideſt propter id.ut conueniam:ideſt alloquar parmenonem : ſed obſecro ubi eſt parmeno par.hæc pythias q̄rit me & nõ q̄rit.p me:ut quidã litteratores ſe recte cogitaſſe putant.py.atq; eccũ:ideſt ecce hic uideo eũ.ſ.adibo eũ.ſ.i. ibo ad eum.par.o inepta.i.fatua q̄ tãto cachino rides q̄ſi fatua.qd é?qd tibi uis.i.qd p tuũ riſũ ſignificas.uel qd' dr̃ inepte qd oportet tibi cũ tuo cachino & riſu effrenato.qd.i.cur rides.uel qd rides.i.qd derides.ita cachinádo.i.imoderate ridendo:& cũ uideret eã magis inualeſcentẽ & inſultãtẽ riſu.ſubdit pgin .i.utrũ nõ ceſſabis hodie uel deſiſtes a tuo riſu.py.perii proprie dixit quaſi ſit ridẽdo.ego miſera:ideſt ego infœlix & affecta tanto riſu iam ſum defeſſa:ideſt defatigata.ridendo:ideſt deridendo te.Par. quid:ideſt cur ita me rides.Py.rogitas:ideſt inquiris.Pol nunq̄ uidi.hominem ſtultiorem te:ideſt q̄ tu ſis:nec uidebo poſt hac Ah interiectio ridentis.nam idenudem pythia loquendo reſoluitur in tantum riſum ut loqui non poſſit nõ poteſt ſatis:ideſt ſufficienter narrari.quos ludos ideſt iocos quæ ridicula & quam materiam ridendi præbueris intus.i.in domo thaidis.At ét.i.ſed ét primo.i.in principio cũ te incepi cognoſcere credidi te ſup.eſſe hominẽ callidũ.i.aſtutũ ac diſertũ.i.optie diſſerere potẽtẽ de re aliqua.Pa.qd é?py.qd.q.d.petis qd ſit.ne.i. utrũ oportuit credere ilico.i.cõtinuo ea q̄ dixi.an.i.utrũ te ſupple pœnitebat.flagitii.i.utrũ tibi parũ uidebaᵗ flagitiũ

Nunq̄ Iamdiu

Quod feciſſet



DONA.☾Ni miſerũ inſuper.p.in duo obiicit:unũ q; male cõſuluerit:alterũ q; male pdiderit cõſilia ſua: & bñ indicares:nã indiciũ dicitur eius qui una peccauerit.☾Nã qd illi.a.c.t.fuiſſe adoleſcẽti.ſ.Ni miſerũ.e.i.p.i.ad inuidiã parmenonis: miſerum dicit adoleſcentẽ:eo modo quo uno accuſans uenerem ait.An miſeros troas.a.o.Sic.n.agimus:cũ ab his qui falſo rei ſunt in actores culpã ſceleris remouemus.☾Quidẽ i.ſ.t.p.hoc nõ ſtupentibus ac culpã pacientibus diciᵗ.☾Hẽ qd.d.p.nũc demũ intelligit parmeno ſe eẽ deluſum.☾Etiam rides?appet eã ex ei⁹ ſtomacho uehementius cachinare.☾Nos irri.nos ſupbius dixit q̄ ſi diceret me. ☾Siqdẽ .i.in ſubauditur tamẽ nimiũ.☾Verũ irridẽtis interrogatio.☾Sed in dié.i.p.é.ſ.i lõgam dilationẽ:unde dilatio eſt dicta diei pla tio.☾Tũ iã.p.iã nimiam uelocitatem ſignificat.☾Denobilitas fla.duas res ſignificat ſimul & cogis flagitia facere:& facientem indicas. ☾Vterq;.e.i.t.æ.noua ac merita tormẽta:q̄ pro exemplis narrãtur:aut quæ documẽta ſint cæteris ne delinquãt exempla dicunᵗ:& ædẽt: & ædet legitur:ſi ædẽt figuratũ eſt:ſi ædet recte:& plus é ædet q̄ dabit.☾Nullus ſum. hoc ſecum parmeno.☾Hic.p.i.t.m.h.é.ab εἰρωνικῶς & μεταφορικῶς pro munere & honos numeri ſingularis qui rumigerulis præberi ſolet. ☾Egomet.m.i.m.q.ſ.proprium ſoricum é uel ſtridere clarius q̄ mures uel ſtrepere magis cũ obrodunt friuola:ad quam uocem multi ſe intendentes q̄uis per tenebras noctis transfigunt eos.Plau.Confeſſorem te faciam ſoricia uenia:quaſi ſorex.☾Hodie.p.quia latere potui:nec occidi ſi tacerem.

Indicium

Dilatio

Sorex

Plautus

Quod feciſſet adoleſcens:ni miſerum patri inſuper
Etiam indicares?nã quid illi credit animi tum fuiſſe
Vbi ueſtem uidit illam eſſe indutum eũ pr̃?Pa.qd é?
Py.iam ſcis te periiſſe.Par.hem quid dixti peſſima?
An mentita es?etiã rides?ita ne lepidum tibi uiſum eſt
Scelus nos irridere.Py.nimium.Par.ſi quidem iſtuc
Impune habueris.Py.uerum.Par.reddam hercle.
Py.Credo.ſed in diem iſtuc parmeno eſt fortaſſe qd
Minitare.tu iam pendebis.qui ſtultũ iſtũ denobilitas
Adoleſcẽtulũ flagitiis;& eundẽ indicas uterq; exẽpla
In te ædẽt.Par.nullus ſum.Py.hic.p illo munere tibi
Honos eſt hĩtus ab eo.Pa.egomet meo ĩdicio miſer
Quaſi ſorex hodie perii.

GVIDO quod adoleſcẽs.ſ.Chærea feciſſet te auctore.i.te ſuadente & te conſulente niſi etiã inſup.i. præterea indicares.i.proderes ipm Chæreã miſeꝝ patri ſuo.ſ.Lachi.bñ aũt dixit indicares.nã indiciũ eſt eius qui una peccauerit.nam quid animi.i.quẽ aium credis fuiſſe illi chæreæ.ubi.i.q̃n pater.ſ.Laches uidit eũ eẽ indutum illã ueſtẽ eunuchi.dicimus aũt recte ego ſum indutus hanc ueſtẽ uel hac ueſte.qd eſt:modus interrogãdi ridendo illũ q prius non poterat intelligere quod ei dicebatur.iam.i.nunc.ſcis te periiſſe.i.male te habere. hoc aũt dici ſolet non ſtupentibus ac culpam fatentibus.Par.hem idignantis & dolentis.o peſſima.i. improbiſſima & petulantiſſima.quid dixti:ideſt dixiſti?nunc demum parmeno intelligit ſe eſſe deluſum.an mentita es dicendo mihi qd' prius dixeras.etiã.i.& cũ hoc rides?Ex quo appet eã ex liuius ſtomacho uehementius cachinare.i.imoderate ridere.ne.i.utrũ irridere.i.illudere nos uiſum eſt tibi ſcelus:ideſt flagitium ita lepidum ideſt ita feſtiuum & iucundum.uel põt ſcelus eſſe uocatiui caſus.& tũc aſtruitur lr̃a.o ſcelus.i.o ſceleroſa mulier quæ uideris digna quæ uoceris ſcelus ipſum ne:ideſt utrum uiſum eſt tibi ita lepidum:ideſt ita iucundũ irridere nos.Py.nimium:ideſt ualde uel plurimum uiſum eſt mihi lepidum te irridere.Par.intellige ſic:potes Pythias bene dicere q; nimiũ tibi lepidum uiſum é nos irridere.ſiquidem:ideſt ſi certe habueris iſtud impune:ideſt ſine pœna:ideſt ſi iſtud impune feras nec propter iſtud puniaris.Py.ridendo eum Pythias ſubdit uerum:ideſt ſed quid fiet ſup.cõtra me:uel quid te facturum putas qui me non laturam impune uideris minitari.Par.hercle:ideſt per herculem iurantis eſt.reddam:ideſt rependam uices ſup.ſeu gratiam referã & hoc in malam partẽ.Py.credo:ideſt facile perſuadeor ad id credendum q; mirãda facies.ſed o parmeno iſtud qd minitare ideſt minando polliceris & dicis te facturum fortaſſe dubitantis eſt.eſt in diem ideſt in longã dilationem.Vnde dilatio eſt dicta diei prolatio.tu parmeno iam:ideſt nunc aut ſtatim poſt pendes pœnas. ſupple:ideſt lues & dabis pœnas meritas.qui denobilitas:ideſt infamas ſeu deturpas flagitiis:ideſt turpitudinib⁹ flagitiõe:ideſt increpatione dignis iſtum:adoleſcentulum.ſ.Chæream ſtultum:ideſt inconſideratum.& indicas:ideſt prodis & quod non proprie dicitur hic incuſas eundem adoleſcentulum.ſ.uterq;.ſcilicet pater & filius.edent:ideſt efficient & quaſi publicabunt exempla:ideſt documenta cæteris ſeruis ut ſint tardiores ad inducendos iuuenes ad malos mores.poteſt etiam eſſe edet ſine figura:ut ſit uterq; edet exempla in te.Par.nullus ſum:ideſt non ſum perii occidi examinatus ſum & conſternatus ac ſi nullus eſſem.Py.hic:ideſt talis honos habitus eſt.i.ipenſus tibi a chærea.uel talis honos habitus eſt tibi.i.a te ab eo.ſ.Chæ.p illo.munere.i.pro deductiõe eius ad thaidẽ loco eunuchi qd' magni muneris loco repoſuit tũc Par.Egomet miſer perii hodie meo idicio.i.mea pditione & manifeſtatiõe quã feci de Chærea patri ſuo.quaſi.i.uelut ſorex ſæpe periit ſuo idicio & ſtridore.Proprium eſt ſoricũ q ſunt i multis ſimiles muribus & forſitã eiuſdẽ ſpeciei.ppriũ inq̄ é eorũ uel ſtridere clari⁹ q̄ mures uel magis ſtrepere cũ obrodũt friuola.i.cruſtula uel fruſtula q̄ ex edulis fractis decidũt a frio as.friuola dicũᵗ qd ſignat frãgo is.nã ex reb⁹ fractis qcqd decidit friuolũ dr̃:ut ex panib⁹ cruſtula friuola dicunᵗ.ſumunᵗ ét friuola.p minutis ſuppellectilibus.Iuue.iã friuola trãſfert ucalegon.Ad uocẽ itaq; ſoricũ multi intendentes tranſfigunt eos q̄uis per tenebras noctis.Plautus cõfeſſorem te faciam ſorica uenia. Plautus

Indicare.

Indicium

Dilatio

Aedere

Sorex

Friuolum

Iuuenalis

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

DO. Vid nűc tq̄ ſpetaut.q.c.h.i.Reminiſcet͂ húc eē q ſupra militi dixerit de thaide.Iádudú te aman:& rurſus
q iá tibi hæc aderit.ſ.u.& hic uidebis quos exit⁹ hēat aſſentatio.ná idē militi auctor fuit ſūmæ deſpatio
nis.& aiaduerte ꝙ ſemꝑ a mēſa gnato iuitus ab ſtrahebat͂.ná & ſupra cú ad litē uenit͂ ex uerbis thraſo
nis manifeſtú ē & gnatonē iuitū ſeq:ubi dicit háccine ego cōtumeliá tá iſignē.a.g.m.& bñ ait q̄ ſpet&.quo cō
ſilio tanq̄ oia expt⁹:& nec munerib⁹ gratus nec terrorib⁹ metuēdus.Quid.n.q̄.ſ.a paraſcito intelligit͂ qd agit
miles:ſed ad hoc iducitur iterrogare ipm militē:ut populus audiat quo cōſilio ueniat ad thaidē.Quid.n.q̄.ſ.
ſúma deſpatio ē apud militē recōciliádæ aicæ
ad hoc ut æquo aio ferat admitti phædriá:dū
ipſe quoqꝫ recipiat͂:ná ne uerit ſine fabulæ cō
triſtádus.Quid in.t.Incipere magnorꝫ faci
norꝫ ē:& audaciæ.Vt th.me.d.poſt iductio
nē belli & iſtructionē pugnæ qd ſequat͂ niſi de
ditio ſupatorꝫ.Et.ſ.qd iu.ꝑprie.Ná in deditiōe
uictores iubēt:uicti obſequunt͂.Qui minus
q̄.h.ſ.o.hic Terētius exprimit cōſuetudinē i q̄
ignauis rōnes criminū:& exēpla ſuppeditant:
omphalæ ná ſic & ſupra de pyrrho.Omphalæ lydiæ re
gina fuit q̄ herculē ſibi ſeruientē ēt ad laniſiciū
cōpulit:cū ipe calathū & colú cultuſqꝫ fœmine
os cū ſagittis & claua leoniſqꝫ tegmine mutaſ
ſet.Seruiuit her.Omphale ſubaudit͂:& ego
Cōmitiga ri ſeruiá thaidi.Vtiná.c.t.u.ſ.c.cōmitigari ē tū
dēdo deprimi atqꝫ deponi.Sandalio.c.plus
dixit caput:q̄ aliá ꝑtē corpis:ut alibi diceret uer
berari & mire calciamēto caput.Perii.quid
hoc autē mali ē:eunuchi hitu chærea:ſed uirili
cōſidētia ꝓſilit:& militē uelut noui riualis ter
ret aſpectu.Húc ego.n.u.iō chæreá miratur.




Gnato.Thraſo.

q Vid nűc:qua ſpetaut quo cōſilio huc imus:
Quid inceptas thraſo:Th.ego ne:ut thaidi
Me dedá:& faciá qd iubeat.Gn.qd eſt:Th.q minus
Huic q̄ hercules ſeruiuit omphalæ.Gn.exemplum
Placet:utinam tibi cōmitigari uideá ſandalio caput:
Sed fores crepuerunt ab ea.Th.pii:qd át ē hoc mali:
Hunc ego nunquam uideram:etiam
Quidnam hic properans proſilit:

GVI. Vid nűc &c.Hic paſcit⁹ inducit͂ iterro
q gare militē ut audiat populus quo cō
ſilio ueniat miles ad thaidē ut uideli
cet poſt inſtructū bellū tanq̄ uictus ſe dedat.&
eius uolútati morē gerat.Gna.qd.i.cur.nunc
imus huc.i.in domū Thaidis:aut q̄ ſpe.i.q̄ ex
pectatiōe & fiducia:aut quo cōſilio.i.q̄ mente
quo ꝓpoſito imus huc ad Thaidē.q.d.oia ex
ptus es nec muneribus gratus:nec terroribus
metuēdus.O Thraſo qd inceptas.i.faciēdū ſu
Incipere ſcipis.incipere magnorꝫ facinorꝫ ē & audaciæ
Thra.ne.i.utrū:petis qd ego inceptor:incepto
inq̄ uel eo huc ut dedá me Thaidi.i.tradá me
in Thaidis poteſtatē:& ut faciá id qd iubeat.i.
uelit & ꝑcipiat.Gna.qd ē qd tu dicis ſup.hoc
iterrogat q̄ſi nō poſſit credere militē qui ſe for
tem iactitat in eam poſſe adduci ſententiam.
Thra.qui:ideſt cur minus ſeruiam ſup.huic.ſ.




Chærea.Parmeno.Gna.Thraſo.

omphalæ Thaidi q̄ Hercules uir fortiſſimus ſeruiuit.Omphalæ:ideſt reginæ lydiæ quæ herculem ſibi ſeruiētem etiam
ad laniſicium cōpulit cum ipſa calathum & collum cultuſqꝫ fœmineos cū ſagittis & claua leoniſqꝫ tegmine
mutaſſet.Gna.exemplum tuum placet mihi.i.probo exemplum tuum quod tibi propoſueris imitandú uti
Cōmitiga ri nam uideá caput cōmitigari.i.tundendo deprimi atqꝫ deponi tibi ſandalio.i.illo genere calciamēti.dicūtur
Sandaliū noſtra tēpeſtate ſandalia illi calcei quibus utit͂ papa & epiſcopi in celebranda miſſa quibus nec pes totus tegit͂
nec nudus terræ allidit͂.dicunt inſuper quidam ſandalium eſſe pannū quo operiūtur equi magnatum:ut pa
pæ cardinaliū & cæterorꝫ.Itē eſſe pánū quo uulnera uel corpora mortuorꝫ tegunt͂.Ser.aūt iqt ſandaliū eē ge
nus calceorꝫ uel caligarū altiorꝫ.Sed qd fores ab ea Thaide.i.fores ei⁹ thaidis.crepuerūt.i.pateſactū ſunt & fo
res crepuerūt ab ea ē ſimili mō dictū ut pri⁹.Ab andria ē ancilla hæc:ꝓ hæc ē ancilla andriæ.Thra.eunuchi ha
bitu chæreá uidet a quo terret͂ táq̄ a nouo riualipii át.i.ſed qd hoc mali ē.i.qd malū ē iſtud nunq̄ uiderá húc
chæreá.ſ.etiá qdná.i.cur ꝓſilit.i.ꝓdit exit.prorūpit hinc.i.ex domo thaidis.properans.i.feſtinans & cum qua
dam confidentia uirili properabat enim præ gaudio querens parmenonem cui ſuum gaudium impartiret.

O populares



Populares ecquis me.u.h.ſ.Hic perſona chæreæ eſt feruens gaudio ut adoleſcentuli eſt in proſperis DO.
o rebus:O populares:nō mirū ſi inſane exultat nuptiis:qui iádudū ob id ſolū ꝙ uitiauerat uirginē læ
tabatur.Nemo.h.q.& interrogauit & reſpondit ſibi.Nemo.h.q.parelcon tertiū.Cui tam ſubito Tam tot
tot contingere bona.tá qualitatis:& tot quantitatis eſt.Quid.h.l.eſt.inuenta perſona eſt ad quá geſta hæc
narrat chærea:ut populus & miles inſtruantur quid intus geſtum ſit.Inuentor in.inuenire ſapiētis eſt:inci
pere audacis:ꝑficere cōſtátis:ergo plena laudatio eſt:& cōſtat hoc chæreá laudatiue dicere:ná in ſubditis ſolū
cōſiliū attributurus eſt parmenoni.Scin.m.
in.q.ſ.g.Syleplis:& nota ſcin me:cum ſufficere
ret ſcin.ergo me abūdat:& eſt figura αρχαισ
μοσ.Scis pá.m.amatorie dixit meá:uel po
tius ſponſam meá:uel quam amo.Inuētá. Inuenire
cognitam.Ciuē.deeſt eſſe.Scis.ſp.m.deeſt Incipere
eē:& eſt ſpōſam núc participium.Audin tu Perficere
quid hic.a.hoc uultu mutato & turbato dixit.
Amorē.o.i.t.bene in tranquillo:qa mari &
tempeſtatibus ois amicæ mobilitas & inſtabi
litas cōparat͂.ſic Horatius.Simplex munditiis: Horatius
heu quotiens fidem mutatoſqꝫ deos flebit &
aſpera nigris equora uentis emirabit͂ inſolēs:
qui nunc te fruitur credulus aurea & cætera.
Thais ſe.p.c.i.c.&.f.hoc eſt qd profuit phæ
driæ:quia una eſt domus poſt páphilæ nupti
as.In cli.&.f.clientelá ut amet͂:in fidē ut de
fendat͂.Fratris igit͂.t.ē.t.bñ tota:ut ne ex pte
qdē ſit militis.Miles pellit͂.ſ.ſunt gaudia ex
noſtris bonis:ſunt gaudia ex aliorꝫ malis ho
ſtium aut inimicorum:ergo utrūqꝫ genus gau
diorum complexus eſt.Viſam domi.bene domi queritur amator excluſus:nam neqꝫ ruri:neqꝫ in foro eſt.

o Populares.ecqs uiuit hodie me fortunatior:
Nemo hercle qſq̄:ná i me plane dii ptātē ſuam
Omnē oſtēdere.cui tam ſubito tot cōtingere cōmoda
Pa.quid hic lætus eſt:Chæ.o parmeno mi:o mearū
Voluptatū oīum inuētor:icœptor:ꝑfector.ſcin me
In quibus ſim gaudiis:ſcis páphilam meá inuētá ciuē:
Pa.audiui.Ch.ſcis ſponſam mihi:Pa.ita me dii ament
Bene factū.Gn.audin tu hic quid ait:Ch.tum autem
Phædriæ meo fratri gaudeo eē amorē oēm i tráq̄llo
Vna eſt domus.thais patri ſe cōmēdauit in clientelá
Et in fidem nobis dedit ſe.Par.fratris igitur
Tota eſt thais:Ch.ſcilicet.Par.iam hoc eſt aliud
Quod gaudeamus.quia miles pellit͂ foras.Ch.tū tu:
Frater (ubiubi eſt) fac q̄primum hæc audiat.
Pa.uiſam domi.Thr.nūquid o Gnato dubitas quin:

Populares &c.Hic perſona Chæreæ eſt feruens gaudio ut adoleſcentuli eſt in proſperis rebus.Chæ. GVI
o Chærea inſane exultans propter nuptias quas uidet ſibi paratas in hæc uerba prorumpit alloquens Po
parmenonem ut populus & miles inſtruantur quid intus geſtum ſit.o populares:ideſt o gratioſi & pula
populo grati ſeu fauorabiles.uel o uos qui eſtis de populo:aut qui habetis auram:ideſt fauorem populi iudi res
cetis an ſitis fortunatiores me.Ecquis:ideſt utrum aliquis uiuit hodie:ideſt hoc tempore fortunatior:ideſt
fœlicior me.deinde ſibi reſpondet hercle nemo quiſq̄.abundat qſq̄.nemo inquá eſt fortunatior me.ná pla
ne:ideſt omnino uel certe dii oſtendere:ideſt ꝓbuerunt explicuerunt omnem ſuam poteſtatem.in me:ideſt
erga me.cui ſcilicet mihi tot bona:ideſt tot proſpera contigerūt mihi.tam ſubito:ideſt repente.Par.quid.i.
cur hic ſcilicet Chærea eſt lætus.Chæ.o mi parmeno o inuentor tanq̄ ſapiens:o inceptor tanq̄ audax:o perfe Inuenire
ctor tanq̄ conſtans omnium mearum uoluptatum:ideſt delitiarum.Scin:ideſt utrum ſcis me abundat me. Incipere
in quibus gaudiis ſim:ſcis.Pamphilam meam:ideſt quam amo.inuentam:ideſt compertam eſſe ſupple ci Perficere
uem atticá:ſcilicet quaſi dicat ingenuam.Par.audiui:ideſt accepi ita eſſe.ſ.Chæ.ſcis pamphilam eſſe ſponſam:
ideſt promiſſam mihi.hic enim ſponſus ſaſum deriuatur & eſt participium.Par.dii ita me ament modus eſt
iurádi:quaſi dicat ita me dii ament ſicut ex animo dico hoc bene factum eſſe ſcilicet ꝙ tibi Pamphila ꝓmiſſa
eſt.Gna.audin:ideſt utrum audis id quod hic ſcilicet Chærea ait.& hoc uultu mutato & turbato ait.Chæ.au
tē:ideſt ſed tū:ideſt deinde gaudeo omnem amorem eſſe fratri meo in tranquillo:ideſt in tuto ſine perturba Amor in
tione ulla aut cōtentione.& bene in tranquillo.nam mari & tempeſtatibus omnis amicæ mobilitas & inſta tráquillo
bilitas cōparatur.una eſt domus:ideſt unica eſt manſio fratri & thaidi.Thais cōmendauit ſe patri ſcilicet La
chi.in clientelam:ideſt in protectionem ac defenſionem ac patrocinium:cum pater ſit aduocatus.a cliens di Clientela
citur clientela.eſt autem cliens conſultor qui patronum ſequitur ſeu aduocatum ut ab eo cauſa ipſius clientis Cliens
agatur.& ita clientela dicitur illa defenſio & illud patrocinium.capi etiam poteſt pro illa amicitia quam con
ciliat ſibi aduocatus cū clientibus cás eorꝫ defendendo.ut hic aduocatus multas habet cliētelas.i.quod iepte
dicit͂ multas practicas.Aliq codices hñt cōmēdauit ſe in cliētulá:& tūc ſic itellige cōmēdauit.i.tradidit cōmiſit
ſe in cliētulá.i.pro clientula & famula pr̄i meo.i.cuius ſit pr̄ patronus futurus.ná a cliēs ſit cliētulus la lum:ut
mácipiū diceret͂ clientulū in neutro ſaltē legi ſatis clientulus & clientula.Thais inq̄ dedit ſe nobis in fidē.i.fi
delitatē & beniuolētiá ut eēmus illi fideles & bñ illi cupem⁹.Par.igit͂ thais ē tota fratris tui.ſ.Phedriæ.Chæ.
ſi.certe ipa ē tota eius.hic enim ſcilicet affirmatiue ſumit͂.Par.Iá.i.nūc.hoc eſt aliud quod.i.ꝓpter quod gau
deamus qa miles Thra.pelletur:ideſt exturbabit͂ foras.Chæ.tum:ideſt deide tu Parmeno fac q̄primum:ideſt
citiſſime ut frater.ſcilicet Phedria audiat hæc ſcilicet & amorē ſuum eſſe in tranquillo:& militem pelli foras.
ubiubi eſt:ideſt ubicunqꝫ ſit.Par.uiſam:ideſt ibo ad uidendū an ſup.ſit domi.alii habent domū & tunc ē ſen
ſus uiſam domum.i.ibo domū ad uidendū an inueniá eū.Thra.o Gna.nunqd dubitas.q.d.nō.qn.i.ꝙ non

VNiVERSiDAD
D SALAMANCA
BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

DONA.℄Perierim p.qa illud periiſſe ſupra temporale uidebaẽ.℄Quin.c.n.p.p.hic iã militi neq̃ ſeruiẽdi
amice ut apparet ꝑbeẽ locus.℄Sine.d.o.quia nũc qs diciẽ ꝑpetuo piiſſe.Quid enim opus hac exceptione eſt.
qñ nemo ita pit:ut tẽporaliter peat:& poſtea nõ ſit ꝑditus.Correxit paraſitus ſtulti dictũ militis:nõ illũ ꝑpe/
tuo:ſed ſine dubio periiſſe opinari reſpõdens.nõ eſt.n.cõtrariũ id opinor te periiſſe ſine dubio:pro certo pe
riiſſe confirmatur miles:ut poſt tãta munera ex deſperato ſupplex:ex ſupplice patiens riualis exiſtat.℄Quid.c.
Diapore/ſis p.diaporeſis oratoria familiaris laudãtibus.Ci.Vnde igiẽ potius incipiã.hoc aũt fit:ubi oia & magna uidenẽ
& paria.℄Illũ.qui.m.d.c.attribuuntur perſo/
Cicero nis cõſilia:facta caſus & orationes.ergo hic lau
Cõſilium datur conſiliũ parmenonis:factũ chæreæ:caſus
Factum fortunæ.Idẽq̃ euẽtus.oratio ſenis.℄Illũ.qui.
m.d.c.tria ſunt in uita hominũ:conſilia:facta:
Succeſſus ſucceſſus:cõſiliũ animi eſt:factũ corporis:ſuc/
ceſſus fortunæ.℄Illũ parmenonem.ſ.℄Quæ
tot.r.t.t.o.i.uc.d.bene tot res.q.d.eunuchũ ꝑ
quo ducereẽ cõmẽdationẽ uirginis abſentiã
meretricis:occaſionẽ uitii iſerẽdi.pſis interuẽ
tũ nuptiis.℄An.m.p.ſ.etiã patri laus ipartien/
Feſtiuitas da eſt:nã nõ erat tranſeundum feſtiuitatem:q̃
et feſtiuus amatori nõ obſtitit:qḋ ignouit ut
Facilitas facilis:unde feſtiuitas in dictis facilitas uero in
aĩo & factis.feſtiuitatem lætitiam:ut feſtiuus di
es eſt.℄Dii.u.ſ.cito interuenit phædria:utpo/
te qui domi erat.℄Quæ.n.nimius affectus in
utrãq̃ partẽ defectus orationis amat:eſt ergo
eclypſis:deeſt.n.gaudeo.℄Satis.c.ſic dici no/
ta agentibus ſolet.recte igitur huic dicitur:cui
fiunt nuptiæ gaudeo:& ille ſic reſpondet:ut amicis gratulantibus decet.℄Satis.c.credo autem ideo qa mul
ti ſeſe fingunt congratulari cum inuideant:gaudere cum doleant. ℄Mihi.i.l.mihi.ſ.gaudenti:amatorie hu/
ic & mihi pronunciatione iuuandum eſt.℄Perii.quanto minus.ſ.e.t.m.a.hic uero eſt ardor inſuauiſſimus:
Virgilius ut Virg.Formoſum paſtor corydon ardebat alexin.d.d.& profecto ſic & ſapientes ſpe maxime ad amorem
coguntẽ.ſtulti forma tãtũ.℄Obſecro.g.i.t.ſ.e.mire q̃ſi deſpatis oibus auxiliis:abiecta nimis ſupplicatio iduciẽ.
nã & obſecro & Gn.id ſignificat & i te ſpes.ẽ. ℄Quid uis.f.nõ ẽ hoc iterrogãtis:ſed oñdẽtis nõ eẽ qd faciat.

Ego nũc ꝑpetuo perierim:Gn.ſine dubio opinor.
Ch.quid commemorem primum:aut laudem
Maxime illum qui dedit mihi conſilium ut facerem:
An me qui auſus ſim incipere:an fortunam
Collaudem:quæ gubernatrix fuit:quæ tot res:
Tantas:tam opportune in unum concluſit diem:an
Mei pr̃is feſtiuitatẽ:& facilitatẽ:o iuppiter ſerua
Obſecro hæc bona nobis.Ph.dii ueſtram fidem
Incredibilia parmeno mõ quæ narrauit:ſed ubi
Eſt fr̃.Ch.præſto adeſt.Ph.gaudeo.Ch.ſatis credo.
Nihil eſt thaide hac frater tua dignius quod ametur
Ita noſtræ oi eſt fautrix familiæ.Ph.hui mihi illam
Laudas:Th.perii.q̃to minus ſpei eſt:tãto magis amo
Obſecro gnato in te ſpes eſt.Gn.quid uis faciam:

GVI. ego nũc perierim.i.ſim ꝑditus ꝑpetuo.i.ſine remedio.Gn.ſine dubio.i.ꝑcul dubio:opinor.i.mea
ẽ opinio te piiſſe ꝑpetuo.uel opinor te piiſſe ſine dubio.nõ aũt ꝑpetuo.Che.qd cõmemorẽ.i.exponã:aut lau
dẽ.i.cõmẽdẽ primũ.i.añ cætera.maxĩe.i.plurimũ.q.d.neſcio ex his rebus tã ꝓſpis q̃ cui pferre debeã utrũ ſup.
laudẽ illũ.ſ.parmenonẽ q mihi dedit cõſiliũ ut facerẽ.i.ut deduceret ſuppoſitus ad Thaidẽ an laudẽ me qau/
ſus ſim icipere.i. inire tale factũ:an collaudẽ.i.debeã collaudare fortunã.i.ſucceſſum q̃ ſcilicet fortuna fuit gu/
bernatrix.i.directrix in eo facto.quæ ſcilicet fortuna cõcluſit.i.cõtulit cõiecit:tã opportune.i.tã apte:ita tempe
Feſtiuitas ſtiue tot res & tãtas.i.tã ꝓſperitas & tãti põderis in unũ diẽ.an.i.utrũ.collaudẽ feſtiuitatẽ.i.ſermonis ſeu ora/
tionis lepiditatẽ ac ſuauitatem & facilitatem.ideſt benignitatem patris qui & mihi amanti nõ obſtitit & ut
Facilitas facilis ignouit.unde feſtiuitas in dictis eſt.facilitas uero in animo & factis.Tria autem ſunt in uita hominũ:
Cõſilium conſilium factum:ſucceſſus.Conſilium eſt animi.factum corporis.ſucceſſus fortunæ.o iuppiter obſecro q̃ſi
Factum per ſacra rogo.ſerua:ideſt conſerua nobis hæc bona:ideſt has proſperitates.Dii &c.Hic itroducitur phedria
Succeſſus e domo ſua ueniẽs ut fratri congaudeat.audierat enim quæ geſta eẽnt apud Thaidẽ ex parmenonis relatiõe.
ibi etiã interueutu paraſiti Thra.miles in partem amoris meretricii admittitur a Phedria.Phe.dii ueſtram fi
dem præ admiratione eoꝝ quæ audiuit facta erũpit in exclamationẽ hanc ad deos factam implorans de mo
re eoꝝ fidem.i.opem & auxiliũ ut ſatis eſt interptatũ.hic tñ proprie nõ inuocat ſed tñ admiratur:ut ſolemus
chriſtiani admirãtes aliquid dicere.bone deus quãta ꝓbitate uir ille uulget.deinde ſubdit cauſam admiratio
nis inquiẽs q̃ incredibilia.i.maxima & ſua magnitudine excedentia fidẽ parmeno narrauit.mõ.i.paulo añ.
ſed ubi frater ẽ.ſ.Chærea.Che.frater tuus.ſ.ego adeſt.pſto.i.pñs ẽ uel ꝓpe uel iuxta te & loqẽ in tertia pſona
de ſeipſo.Phe.gaudeo & te adeſſe & te res tuas ex ſentẽtia bñ geſſiſſe.Chæ.ſatis credo te ſcilicet gaudere mea
gaudia.o frater nihil ẽ dignius qḋ ameẽ.i.nulla meretrix ẽ dignior q̃ ameẽ hac thaide tua amica.ubi uſus eſt
Terẽ.ofone neutra ꝓ ofone fœmina ſuauitatis gr̃a.ita.i.adeo.ẽ fautrix.i.fauorẽ pbẽs nr̃æ familiæ ideſt no/
ſtræ cognationi.Phe.hui ridẽtis eſt iteriectio hic & amatorie dicta:laudas mihi illã Thaidẽ.q.d.mihi gaudẽ
ti & qui eã optime norim.Thra.Perii.quãto minus ſpei eſt mihi tãto magis amo.i.amore capior.o Gn.ob
ſecro te ut.ſ.me in hac re iuues.ſpes ẽ in te.q.d.nihil mihi ſpei eſt reliquũ niſi in teipſo.Gn.qd uis.i.quid cu
pis me facere.Deinde ſubiũgit faciã ſi admonitus.ſ.fuero qd uelis efficiã & laborabo morẽ gerere tuæ uolũ/
tati.Põt etiã ſic ſumi iterrogatiue.Quid uis faciã.i.qd petis a me fieri.uel qd uis q̃ ego faciã.uel ſine intero/
gatione ſic faciam qduis ut ſit cõpoſitũ nomẽ pro faciam quidlibet:quaſi dicat faciam quicquid uolueris.
Thr.pfice



DONA.℄Precibus.p.nihil militi ſupeſt pter pces ut uicto:& pciũ ut diuiti.nil igiẽ aliud optat q̃ ſic res eãt
ut pſona thaidis conueniri poſſit.℄Precibus.p.aſyntheta uelut afflicta & laſſa ꝓnũcianda ſunt.℄Precio.uarie
qa alibi dixit pcario.℄Vt hæreã.ultimũ genus bñficii eſt.℄In pte.a.nõ enim pte dixit ut æqua itelligaẽ.℄Tan
dẽ.& deſpantis eſt & difficulter credẽtis.℄Tãdem.nõ eſt aduerbiũ tpis:ſed nũc ſaltẽ ſignificat.℄Noui te.de
eſt pficere:ſed ubiq̃ plura geſta ſignificat miles utpote infantiſſimus ℄Difficile eſt.uultu & ꝓnunciatione &
aſſeueratiõe affirmãdũ eſt.℄Siqd.t.c.eſt.eclypſis:ſiqd pro ſiqdem collibitũ eſt efficis.℄Quoduis. do.a.m.p.
donũ p̃miũ eſt:& munus p̃miũ:ſed donũ p̃/
miũ diis daẽ:munus p̃miũ hoibus:nã ſepatim
donum deoꝝ eſt:p̃miũ uirorum eſt fortium:Munus
munus hoium & donum:munuſq̃ tã ante fa
ctũ q̃ poſt factũ daẽ:p̃miũ nõ niſi poſt factũ eſt:
donũ uolũtariũ:p̃miũ debeẽ:oia ergo συνθε/
τοσ pronũciauit primo donũ:& ſic p̃mium
q̃ſi unã partẽ ofonis.℄Quoduis.d.p̃.donum
ut a largo homine:p̃miũ ut a pclaro facinore.
Quoduis .d.p.a.o.i.o.ſ.donum optato ob
quod p̃mium accipias.℄Præmiũ a me.o.to/
tum militariter.nã & optato dr̃ & optari a mi
litibus:ut alibi Virg.Fortis optet quod uolet
p̃mium.℄Si.e.g.ut.m.t.d.te.p.te.abſente.pa/
teat prouerbiale eſt.℄Pñte.abſente.ut ſurſum
deorſum:ultro citro:& cætera huiuſmodi:fan
da infanda:iuſta iniuſta:digna idigna:uelit no
lit.℄Inuocato.u.ſ.i.ſemp.inuocato nõ uoca/
to ſignificat.In &'auget & minuit dictionẽ:in
uocato male intelligitur pcibus uocato cũ ſitſitione
i.etiã nõ iuitãdo:qn ultro uenire debeat in ſuam domũ.℄Do.fidẽ.iuro:cõfirmo:ſpõdeo.℄Ac/
cingaẽ.nõ qa difficile eſt qḋ negauit ſupra:ſed ſuis uotis paraſitus adductus eſt ad cœnãdũ:iõ & accingar di/
xit:ſic enim dicimus in magnis rebus ſuſcipiendis:ut accingunt oẽs operi.℄Saluete.ſupplex ſine gr̃a & ſine
timore mõ inimicus & infeſtus.℄Tu fortaſſe.q.f.h.ſ.n.hoc totũ ſupbe:ac minaciter inqt adoleſcẽs.℄Scio.
cõpẽdiũ poete ne rurſus eadẽ dicerenẽ.℄Cõſpicor.cõe uerbũ eſt cõſpicor.℄Vobis.f.& hoc ſtulte:quis enim
& riualibus & inimicis fretũ ſe eſſe dicat:dein.ανακολυθον & uitioſa trãſio eſt:niſi eni addideris ſum erit
& ſolœciſmus cõueniẽs loquẽti impolito homini.℄Sin q̃.ſ.ab ea ſubaudiendum eſt.℄Miles.e.t.hoc con/
tumelioſe & ꝓprie ut militi miles inquit edico tibi.℄Si te.i.p.o.hoc eſt ſi uel caſu inuenero:& in platæa in/
quit nõ circa meretricis fores.℄Nihil eſt qd.d.nihil pro nõ:ut ſit non eſt qḋ dicas mihi.i.nihil eſt quod di/
cas prout dicas mihi:ut ſit q̃ pro ut:aut q̃ pro quid:ut ſit dicas mihi.certum eſt autem ſic ueteres locutos eẽ.

donũ præ/miũ

In i cõpo/

Virgilius

Thr.pfice hoc precibus:precio: ut hæream
In parte aliqua tandem apud thaidem.
Gn.difficile eſt.Thr.ſiquid tibi collibuit eſt facile:
Noui te:hoc ſi effeceris:quoduis donum a me:
Et præmium optato:id optatum feres . Gn.ita ne:
Thr.ſic erit.Gn.ſi efficio hoc poſtulo
Vt mihi tua domus te pñte.te abſente pateat
Inuocato ut ſit locus ſemp.Thr.do fidẽ ita futurum.
Gn.accingar:Phe.quẽ ego hic audio o thraſo.
Thr.ſaluete.Phe.tu fortaſſe facta quæ hic ſient neſcis.
Thr.ſcio.Ph.cur te ergo i his ego cõſpicor regiõibus
Thr.uobis fretus.Phe.ſcin q̃ fretus:
Miles edico tibi:ſi te in platæa offendero hac
Poſthac unq̃:nihil eſt quod dicas mihi quærebam

GVIDO. Thr.pfice pcib⁹.i.pcatio.aut pcio.i.donis hoc.ſ.ut hæreã.i.maneã.tandẽ.i.ſaltẽ dicit Donatus.
apud thaidẽ in aliqua parte.i.q̃ ſit mihi aliqd loci ſaltẽ apud eã.Gn.id quod uis eſt difficile factu.ſ.Thr.ſi qd
collibuit tibi.i.ſiqd capeſſis aut ſuſcipis faciẽdũ facile ẽ pficere ſup.uel.i.facile factu ſup.Donatus uult ſiqd ꝓ ſi
quidẽ capi.ut ſit ſenſus.ſi collibuit tibi pficere illud ſup.de quo locutus ſum prius.i.facile factu tibi.noui te.i.
tuã induſtriã ſi effeceris hoc.ſ.ut chæreã apud eã optato a me quoduis.i.quodlibet donũ & p̃miũ feres.i.ha
bebis tolles a me id optatũ qḋ a me optaueris.Donũ tã ante factũ q̃ poſt factũ daẽ ſicut & munus p̃miũ uero
nõ niſi poſt factũ.donũ inſup uolũtariũ eſt:munus uero debeẽ.Gn.ita ne.i.ita ferã a te donũ & p̃miũ ſi effece
ro quod uis.Thr.ſic erit.i.ita fiet.Gna.ſi efficio hoc qd petis poſtulo ut tua domus pateat.i.ſit apta mihi.&
qḋ uulgo diciẽ ſit ad meũ pceptũ.& te pñte.i.qñ tu eris pñs.& te abſente.i.cũ fueris abñs.poſtulo inq̃ ut lo/
cus ſit ſemp mihi.inuocato.i.iuitato ſi i augeat:qḋ ſi priuet ſenſus ẽ.locus ſemper ſit mihi nõ uocato.i.q̃uis
nõ ſim inuitatus:ſed mea ſpõte uenerim:niſi qs uelit inuocato futurũ eſſe imparatiui.uerũtamen longe me/
lior eſt ſuperior expoſitio.Thr.do fidẽ.i.ſpondeo iuro confirmo futurũ.i.q̃ erit ita ut petis.Gna.accingar.i.
Accingi me parabo ad id ac uiribus utar ſiue qḋ barbare dr̃:iplebo me ad id faciẽdũ.Accingar aũt dicimus in magnis
Virgilius rebus ſuſcipiẽdis.Virg.accingũt oẽs opi.Phe.quẽ hominẽ audio hic.Deinde aiaduerſo eo ſeu percepto ſub
dit ſuperbe & minaciter o thraſo.Thr.ſaluete.i.ſalui eſtote uos ambo fratres Phedria & Chærea.Phe.Tu for
taſſe neſcis que facta ſunt hic.Thr.ſcio ea ſcilicet quæ facta ſunt.Phe.ergo ſi tu ſcis cur conſpicor.i.uideo con
Fretus pro confiſus ſpicio te.in his regionibus.i.in his locis in quibus moratur amica.Thr.ſum ſupple fretus.i.confiſus uobis.i.
ueſtra amboꝝ clementia.Phæ.ſcin.i.ſcis ne q̃.i.quantũ.fretus.i.cõfiſus eẽ debeas nobis.ut ſi diceremus.Tã
illo fretus eſſe debes q̃ inimico.& inuido.i.tantum illi debes confidere quantum inimico.O miles.minaci
ter & acerbe hic cum milite agit.edico.i.pcipio tibi ut dux edicit militibus ſuis.ſi poſthac.i.poſtea poſt hoc
tempus offendero.i.inuenero te. unq̃.i.aliquo tẽpore in hac platæa.i.planitie & parte urbis.nihil eſt.i.non
oportet ut ſic loquar q̃ tu dicas mihi.uel nihil eſt qḋ.i.propter quod.dicas.i.dicere debeas.mihi quærebã.

Tandem Collibere



VNiVERSiDAD D SALAMANCA BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

DONA.¶Aliū.q.aut aliū pro quēdā poſuit ut ſit quēdā quærebā.i.aliquē:aut aliū hoc eſt nō quem tu pu/
tas:hoc eſt aliū nō thaidē:ſed ſi aliam diceret neq; commode neq; loquere̅.ꝓualet enim maſculi
Eia nū genus.¶Periſti.ordo eſt poſtq̄ in platæa hac offēdero piſti.¶Eia.interdum hortātis eſt:ergo nūc eia corre
ctionē ſignificat.¶Nō.c.u.t.ſ.locutio annotāda mire laudauit ut pſuadere potuiſſet. ¶Veſtrū.t. ſ.nō ueſtrum
ſupbū.Veſtrū.ſ.abſolute.ut Pol crito.a.o.ergo ſubaudiamus uel ingenium.uel aīum:uel morē:uel inſtitutum
¶Prius.a.p.mita inſinuatiōe agit:qui nō ut cōſentiat:ſed ut audiāt petit:& bn̄ prius q̄ſi non obſtet quominus
faciāt qd uelint.Tum deinde qd attētiōem ex/
citat addidit paucis.deinde ſi placuerit facilius
enim flectitur cum quo nō pugnamus ut cō/
ſentiat.¶Prius.a.quid.fiduciam oſtentat per/
ſuaſoriā rem dicturi.¶Audiamus.bene nō ſa/
ciamus:ſed audiamus dixi:nā pria oratoris im
petratio in mala cauſa eſt audiri meruiſſe.
¶Tu.cō.p.i.t.thraſo hoc in bonā ptem acce/
pit & ideo paret:putat enim uel turpē eē ſi hu/
mili ler ꝑcet ſuo noie ſeq; audiēte paraſitus uel
incōgruū ſibi eum pn̄s non a gnatone laude̅.
¶Iſtuc.t.non ad ſe uocat ſed locum oſtendit:
quo abeat atq; concedat.¶Principio.e.u.a.ui
det neq; ſe odio haberi neq; offendi aīos audi/
entium in militis noie:hoc ergo oratorie ꝓ eo
hoie in quo offendit̄ eū in quo non offendit̄

Aliū:iter hac habui:periſti.Gn.eia haud ſic decet.
Phe.dictū eſt.Gn. nō cognoſo ueſtrnm tā ſupbum.
Phe.ſic erit.Gn. prius audite paucis:qd' cum dixero
Si placuerit facitote. Phe. audiamus.Gn. tu concede
Paululum iſtuc thraſo:principio ego uos credere
Ambo hoc mihi ueheměter uolo me huius quicqd
Faciā id facere maxime cauſa mea:uerum ſi idē uobis
Prodeſt:uos nō id facere inſcitia eſt.Phe.quid id eſt?
Gna.militem ego riualem recipiendum cenſeo.
Phe.hem recipiendū?Gn.cogita modo:tu hercle cū
Illa phedria & libenter uiuis:etenim bene libenter

poſuit me.¶Huius.q.ſ.id.f.m.c.m.deeſt rei:aut eſt:ut ſit me huius qcqd eſt:qd' facio id facere maxime cauſa
mea.hic a pſona diſceſſit:& rē nō odioſam pro odioſa poſuit.i.paraſiticā pro æmuli amore & commodo.
¶Verū ſi.i.n.p.multū attulit ad pſuadēdū nō eē cōmodū militi admitti:ſed ſuū cōmodū:& ipſorū eſſe cōmo/
dū.¶Vos.n.id.f.i.eſt:oratorie & ſecūdū inſinuationis ꝑcepta ſic dixit nā remittēdo:& dubitādo magis fecit
aīos:q̄ſi apte ac ptinaciter aſſeueret. ¶Militē ego.r.r.c.artificioſe ſatis ſemel intulit oē qd' durū dictu ad pſua/
dēdū erat:nā qd' militē & riualē dixit ad eā rē ualet ut magis admittendus ſit:q̄ excludendus.& ſimul fiducia
ſic dicentis parat aīos ad audiēda quæ dicet.¶Militē ego riualem.r.c.riuales dicunt̄ æmuli de mulieribus:ſa/
cta trāſlatione nois a feris beſtiis quæ ſitiētes cū ex eodē riuulo hauſtū petūt:in ꝑliū cōtra ſe inuicem cōcitant̄
Cicero ſic Cicero pro celio.Sin erit ex illo fonte riualis inqt.& Homerus.C. ¶Cēſeo:uide uirtutem poe/
Homerus tæ.nō enim dixit peto:ſed cenſeo tāq̄ illis modo cōſulat:neq; pro milite agat.¶Militē ego ri.conſidera quo
uultu hoc dicēdū ſit:& intelliges & militem & riualē & recipiēdū:& ego cēſeo q̄ta ſignificat.nō eni dixit thra
ſonē:ſed militē:qd' nomē ad ſtultitiam ualet.nō ſociū ſed riualē qd' oſtēdit:q̄nq; riualis in meretrice capien/
dus eſt:hūc potius eligendū.nō excludēdū:ſed recipiēdū dixit:ut & oſtēderet adeo ꝓdeſſe ut etiā de induſtria
retinēdus ſit.nō uolo aut rogo:ſed cēſeo ut cōſiliarius non paraſitus uideat̄ loqui.nā q; ego addidit non di
cto uſus eſt quo uti ſolent qui plus in negocio uidēt.nā ſic in phormione: Viris.c. Quæ ſi in rem tuā intule/
Nodo rit ego faciam ſedulo:hunc dixiſſe credo:ego amplius deliberandum cēſeo.¶Cogita modo.aut modo tan
tūmō ſignificat:aut tpis eſt aduerbiū:& ſimul in certa diſtinctio eſt. ¶Et lib.u.ideſt bonoꝝ ciborū extat edax.
GVI. aliū.i.non illū quē putas.ubi maſculinū genus ꝑualet:q̄uis forſitā intelligat poeta fœminā.forſitā di
co.Nā qd ꝓhibet etiā rite intelligi maſculum.ut ſiqs me rogaret qd mihi uellē uel quē q̄rerē:rn̄derē de more:
nō illū q̄ro quē tu putas.Dicit.aūt aliū q̄rebā nō pro alio ut uulgus grāmaticoꝝ ſomniat. Nihil eſt inq̄ qd' di
cas mihi habui iter hac.i.per hūc locū hoc eſt mihi fuit hac eundū ſeu trāſeundū.Periſti.i.mortuus es ſi hoc fe/
Eia corri/ ceris ſeu pditus es.Gna.eia interdū hortātis eſt:nūc eia correctionē ſignificat.haud.i.nō.decet.i.non eſt hone
genus ſtū ſic uelle facere.ſ.Phe.dictū eſt.i.ſic ſtat ſententia certū eſt.Gna.nō cognoſco ueſtrū genus ſup.uel ingenium
uel morē uel inſtitutū uel aīum eē ſup.tā ſupbū.i.tā iſolēs ut id efficere nō dubitetis. Phe. Sic erit ut dictū eſt.
Gna.prius audite paucis.i.breui ſermone qd' dicturus ſum qd' cum dixero facitote.i.faciatis ſi placuerit.i.ſe/
derit aīo ueſtro & ſi uiſum fuerit bonū.Phe.audiamus qd dicat ſupple.Gna.o thraſo concede.i.uade uel con/
fer te paululū iſtuc.i.i iſtum locum quē tibi oſtēdo.nō enim eū ad ſe uocat ſed locū oſtēdit quo abeat atq; cō
cedat.Principio.i.in primis ego ueheměter uolo:uos ambos credre mihi hoc.i.hāc hēre mihi fidem. quic
quid.i.quācūq; rē huius.i.ex hac re faciam me facere id.maxime.i.ꝑcipue.mea cauſa.i.pro mea utilitate.uerū
Inſcitia i.ſed ſi idē qd' faciam & dicā nūc ꝓdeſt uobis.iſcitia eſt.i.ſimplicitas ignorātia uel iprudētia eſt uos non face/
Riualis re.i.ſi uos nō faciatis.Phe.qd eſt?Gna.cēſeo.i.iudico.militē riualē.i. æmulū eiuſdē meretricis amatorem. Fa/
cta eſt aūt nois huius trāſlatio a feris quæ ſitiētes cū ex eodē riuulo hauſtū petūt in ꝑliū contra ſe inuicē cōcita
tur.cēſeo ergo riualē recipiūdū.i.admittēdum in aliqua parte apud thaidem. Phe.Hem.indignantis eſt.reci/
piundum uidelicet cenſes.Repetit enim phedria id uerbum quod ſibi accidit moleſtum. Gna. modo:ideſt
tantummodo uel nunc cogita conſidera hercle tu libenter uiuis:ideſt conſuetudinem habes & familiarita/
Etenim tem uiuendo cum illa.etenim uel ſit unum uerbum pro quia:uel ſunt duo.i.& certe.bene.i. ualde libenter.
Victitas



DONA.¶Suppeditare.p.ſ.ſ.t.aut ſuppeditare pro ſuppeditari:aut deeſt ſe:ut Accingunt oēs operi. ¶Ad
oīa.h.o.n.m.e.u.t.n.p.locutio eſt ex negatiua tertia:ut agrum i his.r.m.n.p.h.¶ Ex uſu magis. pro utilior. Et
magis.o.ꝓ oportunior.¶Nemo eſt:hoc eſt opportunus. ¶Habet qd det.ut diues.¶ Et dat.n.l.ut liberalis.
¶Fatuus eſt.hoc eſt ex uſu ſuo.¶Inſulſus.ſine ſale & ſapiētia.aut ſine ſaltu & facilitate.¶Tardus.in uenerē.ſ.c. Inſulſus
¶Stertit.plus dixit q̄ dormit.¶Noctesq;.d.plus ſignificat q̄ ſi diceret diebus & noctibus ut hoc ipſo nomine
cōſiliarii auctoritas ineſſe uideat̄.¶Fatuus iepta loquēs a fando fatuus dr̄:ide fauni fatui & nymphæ fatuæ di/ Fatuus

Victitas :& qd des paululū eſt:& neceſſe eſt multum
Accipe thaidē: ut tuo amori ſuppeditare poſſit.
Sine ſumptu tuo ad oīa hæc magis opportunis: nec
Magis ex uſu tuo nemo eſt:principio & hēt qd' det
Et dat nemo largius:fatuus eſt:iſulſus:tardus:ſtertit
Noctesq; & dies:neq; iſtū metuas ne amet mulier:
Facile pellas ubi uelis.Phe.qd agimus?Gn.ꝑterea
Hoc etiā quod ego uel primū puto accipit hominem
Nemo melius ꝓrſus neq; ꝓlixius.Phe.mirum niſi
Illoc hoīe quoquo pacto opus ē.Ch.idē ego arbitror

ctæ ſunt.fatui igit̄ ſunt qui uerbis & dictis fatui Faunus
ſunt.Inſulſi uero corde & animo. Tardus cor
pore & membris:q̄q̄ & intellectu tardos uoca
mus qui ſtulti ſunt:ſed melius eſt ſic intelligi:
ut ea uitia uideatur dicere quæ iamabilē faciāt
etiam diuitem largūq; amatorē.nam aut uerba
cōmendat:ut Pendetq; iterum narrātis ab ore
Hic fatuus eſt:aut ſapientia gratū facit: ut Mul/
ta uiri uirtus aio.& hinc inſulſus ē.ſed mihi ui
detur fatuū dicere tm̄ qui glorietur & blandiri
amicæ neſciat.Inſulſum qui non ſit fallax & cu
pidus coitus.Tardum qui non facile explicet
uenerem quæ res meretricibus odioſa eſt.Fa/
uus.i.inſulſus.ſunt qui fatuos animo putant.
Inſulſum dictis:ſed male.nam fatui quoq; dii
ſunt:qui & fauni dicuntur:& nō ſtulti:ſed multū fantes.i.loquentes.fatuus eſt inſulſus:hæc quæ nunc addi/
dit nō ex ſuperioribus pendēt:ſed ſuperiora uelāt plurimū.nā quia diues & liberalis potuit obeſſe riualibus:
hæc oīa bona in milite corrūpunt̄:q; fatuus:q; inſulſus:& cætera quæ ipſe perſequitur.¶ Fatuus inſulſus:hæc
bene adduntur quia dixit & habet quod det:& dat nemo largius:ob rem eā ualebat ut amaret̄ miles a mere
trice:& ꝑponendus oībus eſſet.ſed ingrata ſunt mulieribus maximeq; laſciuis hæc oīa quæ ſubiicit fatuus &
inſulſus:hoc pro aceruo uitioꝝ cū quadā uultus improbitate pronunciandū:quo magis res in medio poſi/
ta eſſe uideatur.¶Vbi uelis qn̄ uel cum.¶Quid agimus:initiū conſenſiōis:dubitatio eſt eius qui negauerit.
¶Hoc etiā.deeſt uel habet.¶Quod ego.paraſitus.ſ.¶Primū puto.primū puto quaſi paraſitus.¶Accipit ho/ Accipere
minem.accipit:paſcit:inuitat.ut Illos porticibus rex accipiebat in amplis.¶Nemo melius prorſus:hoꝝ alte/
rū apparatū & alterū indicat copiā.¶Mirū niſi illoc homine.q.q.eſt:facete dixit adoleſcens rei parcus:& q pu
tet amorem ſine dāno eſſe oportere:quiq; feſellerit meretricem nō ſolū eiiciendū eſſe militem:ſed etiā quo/
uis modo ſuſtinendū ac pferēdū.¶Mirū enim illoc homine quoquo.obtinuit paraſitus iam quod negaba/
tur:primo deliberatū ut quid agimus poſt conceſſum:ut mirum niſi homine.q.p.ac mirū hoc inquit eiuſ/
modi eſt:ut etiam cum mala conditione patiendum ſit.¶Idem ego arbitror:ſane opus fuit conſenſione ꝑ/
cipue phædriæ cuius res agitur:nam ita & ſeruata perſona eſt tarde conſentientis amatoris.
GVI. uictitas.i.bonoꝝ ciboꝝ edax exiſtis cū illa & quod des.i.dare poſſis paululū eſt.i. paruulum admo
dū eſt & neceſſe eſt thaidē accipe multū donoꝝ.ſ.ut poſſit ſuppeditare ſe ſup.i.ſubminiſtrare ſe faciendo co/
piā ſui.aut ut poſſit incūbere idulgere tuo amori ſe ſuppeditādo tibi & tuæ uolūtati morē gerēdo & hoc ſi/
ne ſumptu tuo.i.ſine ipedio fortunaꝝ tuarū quæ paucæ ſunt nec diu poſſent cōtinuare nemo eſt magis op/
portunus.i.magis cōgruus ac magis ex uſu tuo.i. utilior tibi.nā ex uſu ſignificat ex utilitate.uſus enim inter/ Ex uſu
dū pro utilitate capit̄.nemo ē ergo magis ex uſu tuo ad hæc oīa uidilicet ut ſine ſumptu tuo & uictites cum
ea & thais multū accipiat &c.principio.i.in primis.& habet quod det.i.habet unde poſſit munera factitare
tanq̄ diues.& nemo dat largius.i.copioſius uelut liberalis.hæc aūt in eo bona corrūpunt̄ eo q; eſt fatuus.i.
inepta loquēs a fando.inſulſus.i.ſine ſale.i.ſapientia uel urbanitate.Id enim ſal ſignificat.nā ſales ſunt facetiæ Sales
ſeu urbanitates.Inde ſalſus hō dr̄.i.urbanus facetus lepide loquēs.Inde inſulſus a mutata in u quaſi nō ſalſus. Salſus
i.nō urbanus aut facetus ſed potius inſipidus & illepidus.eſt etiam tardus.i.hebes torpidus corpore & mē/ Tardus
bris & forte intellectu & ingenio obtuſus.Itaq; ut donatus inquit.Fatui ſunt qui uerbis & dictis fatui ſunt.i
ſulſi uero qui corde & aīo.tardi aūt ſunt qui corpore & mēbris torpidi ſunt etiā & itellectu tardos uocamus.
Stertit.i.dormiēs in ſonū ꝓrūpit noctes & dies.i.diebus & noctibus:uel die ac nocte:uel noctu diuq;:aut lu/
ce ac tenebris:iſta enim oīa idē ſibi uolūt.Neq; metuas ne uerearis.ne.i.ut.& ut.i.q;.mulier thais amet iſtū.ſ.
militē.per contēptū dicit iſtū.facile pellas.i.repellas cū ab ea.ubi.i.qn̄ uel cū uelis.Phe.qd agimus initium hoc
eſt conſenſionis.Gn.ꝑterea.i.ꝑter ea quæ dixi de eo hoc deeſt ſup.uel habet hoc qd.uel.i.etiam.puto.i.repu Vel ꝓ etiā
to.primū.i.ꝑcipuū:q̄a paraſitus qui cupio laute epulari & replere uentrē.Nemo accipit.i.inuitat excipit tra/
ctat paſcit.Vir.Illos porticibus rex accipiebat in amplis.i.paſcebat tractabat.Nemo ergo accipit hominē ali/ Virgilius
quē ꝓrſus.i.oino.melius.i.lautius apparatius.neq; ꝓlixius.i.largius copioſius.nā ꝓlixius interdum ſignificat Prolixius
largum ut ſæpe Cicero habet in ſuis epiſtolis.Phe.mirum eſt ſup.ni.i.ſi non,opus eſt.i.ſi non indigemus illo Cicero
homine.ſ.milite.quoquo pacto.i.quocūq; modo ſit opus.Chæ.ego arbitror hoc idem.ſ.opus eē illo hoie.



VNiVERSiDAD DSALAMANCA BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

DONA.❡Recte facitis gratiarũ actio eſt.❡Vnũ etiã uos oro.ſubtiliter etiã paraſitus hic ſe adiungit:ſuſq; ptes circa hos agit.❡Satis diu iã hoc ſaxũ uoluo.uide quẽadmodũ ſeruat ſe paulatim etiã in eos aſſentatio/nẽ ex uituperatione militis.❡Hoc ſaxũ.ꝓuerbiũ in eos qui extricabili labore afflicti ſunt:& bñ ſaxũ de ſtulto milite ait:& ſeipm ſiſyphum phedriæ fecit.❡Hoc ſaxũ uoluo.uelut ſiſyphus apud inferos.❡Vt me in.u.g.iã laudat & nimis paraſitus eſt:ſi recorderis eũdẽ dixiſſe facete:lepide:laute.n.ſ.❡At ego pro iſtoc phe.ſubaudia mus & ſum hic:aliter non ut paraſitus ait.❡Phedria & tu chærea.ambos nominat quaſi legibus paciſcatur.

❡Hunc comedeũdũ:& cũ cæteris rebus ſum/mus poeta etiã ſidẽ oſtendit amicitiæ paraſiti/cæ exemplo gnatonis de milite loquẽtis hoc modo.❡Propino.facete ſic dixit ut paraſitus:& ut qui de eo cõuiuio loqueretᷣ.❡Dignus.hæc uerba ultima longi ſermonis eiuſmodi ſunt:ut miles hæc audiens laudatũ ſe eſſe & ap/probatum exiſtimet.❡Vbi uis.honorifice re/uocat allegatũ cũ iniuria dicendum ubi uis:qa accede impatiuũ erat:& ubi niſi quando intel

Διλογια lexeris uitiũ ẽ.❡Iſti te igno.figura Διλογια.ad utrũq; enim pertinet:& ad laudẽ & ad mo/res oſtendit & hoc ambiguum.❡Secundum facta & uirtutes tuas.& hoc amphibolũ.nam uirtutes ironicos pro uitiis poſuit ut neſcis q uit fieri:& ornatus eſſes ex tuis uirtutibus:facta & uirtutes proprie militibus aſcribuntur.❡Facta &.u.amarior eſt ironia in uitioſos homi/nes q̃ ueritas.❡Nunq̃.e.f.u.nunq̃ & locum &

> Gn.recte facitis:unũ etiã uos oro:ut me in ueſtrum
> Gregem recipiatis.ſatis diu iã hoc ſaxum uoluo.
> Phe.recipimus.Chæ.ac lubẽter.Gn.at ego pro iſtoc
> Phedria & tu chærea hunc comedeundum:
> Et deridẽdũ uobis ꝓpino.Chæ.placet.Phe.dignus ẽ.
> Gn.accede ubi uis thraſo.Thr.obſecro te qd agimus.
> Gn.quid:iſti te ignorabãt:ſed mores poſtq̃ oſtendi
> Tuos:& collaudaui te:ſecũdũ facta & uirtutes tuas:
> Impetraui.Thr.bene feciſti:& gratiam ago maximam
> Nunq̃ etiã fui uſq̃:quin me omnes amarint plurimũ.
> Gn.dixin ego uobis in hoc eſſe atticã eloquentiam.
> Phe.nihil prætermiſſum.Gna.ite.hac.
> Vos ualete & plaudite:calliopius recenſui.

Nuſq̃ & uſq̃ tempus ſignificat.Vſq̃ locum magis:nunq̃ pro non.❡Et nunq̃ uſq̃.pro nõ uſq̃.i.nuſq̃.❡Quin me oẽs ama/rint.contrariũ ſuperiori.qd ẽ enim ꝙ bene nõ fecerit quicq̃:ſi in illo eſt ut ametᷣ.❡Atticã elo.& hoc ironicos.ut illa quæ ſupra atticã dicit ueram atq; germanam:quia excultior eloquentia dicitur attica:& ſummi orato res attici appellati ſunt.❡Prætermiſſum eſt.& hoc anceps eſt intellectu gemino ad utrũq;.❡Ite.h.quo uocat paraſitus.an ad meretricẽ an ad cœnam militis ut promiſit hoc ego credo & cenſeo.❡Ite.h.comeſſatum ad militem uel ad thaidẽ.Si cœnæ interfuit meretrix:quomodo poſt acta ſunt omnia:cum mentio noctis facta non ſit.oĩa poſt cœnam geſta ſunt & non cõpleta per rixam.Cœna non ſupfluit plurimũ tpis ad agendum.

